

CONCLUSIONES METAPHYSICAE. QVÆSTIO PRINCIPALIS.

*Vtrum Serenissimi Portugaliæ Regis IOANNIS IV. amplissimam Maiestatem possit
capere, aut definire series Prædicamentorum?*

Vt capiat, sedes non satis vna Ioui est.

Præside P. M. Petro Peyxoto Societatis IESV

Tuebitur Carolus de Loyola ex eadem Societate

Integra die Martij.



PRIMA CONCLUSIO. De Ante prædicamentis.

Vtrum accidens supernaturale sit simpliciter nobilius substantia naturali, etiam reali, nec ne? Elige.



ENS in communi diuiditur adæquatè, non tamen vniuoè in diuinum, & creatum. Essentia entis creati antequam existat, non est aliquid actuale; est tamè aliquid possibile positium: constituitur formaliter in esse positio actuale per existentiam: hæc nihil aliud est, quàm ipsa entis actualitas ab eo solùm virtualiter distincta. Vnde neque diuinitus potest aliqua natura existere per existentiam alienam, creatam, vel incretam. Quæri solet, Vtrum creaturæ dependeant essentialiter ab Omnipotentia diuina? Affirmamus. Ens supernaturale secundum conceptum absolutum est illud, quod est ordinis diuini, seu eiusdem ordinis cum Deo; secundum suum conceptum respectuum illud, quod est supra debitum, ac exigentiam naturæ. Rogabis, quid sit supernaturalitas in entibus supernaturalibus? Respondeo non esse denominationem aliquam extrinsecam: nec negationem; aut relationem: sed esse gradum entis positium in essentia cuiusque entis supernaturalis formaliter inclusum.

SECUNDA CONCLUSIO. De Substantia.

*Verum ratio suppositi consistat in ipsa substantia completa connotante negationem
unionis ad aliud? Sit Problema.*



SUBSTANTIA est ens per se existens: neque naturaliter, neque etiam diuina virtute potest inherere: nec anima rationalis educi de potestate materiae. Oppositum tamen est probabile. Christus Dominus per se in predicamento substantiae locum obinet; Deus autem minime; neque etiam reducitè: vtrum in eo ponatur saltem per communicationem idiomatum? Non repugno. Impossibilis est etiam de potentia Dei absoluta substantia creata completa supernaturalis; essentialiter relatiua; infinita in aliquo certo genere, vel specie; intellectiua non volitiua; vel è contra. Idem dictum volumus de substantia omnis compositionis accidentalis incapaci; nec non de substantia, quae conaturaliter creare valeat. Non tamen repugnat, quod Deus eleuet creaturam vt instrumentum ad creandum. Rogabis, vtrum Deus sit substantia supernaturalis? Affirmantibus suffragamur.

TERTIA CONCLUSIO. De Subsistentia.

*Verum natura, quae virtualiter distingueretur à sua subsistentia, possit assumi
hypostatice? Esto index.*



SUBSISTENTIA est vltimus terminus naturae substantialis; non producitur ab externo agente, sed ab ipsa natura. Omnia entia creata substantialia, tam completa, quam incompleta (vnam si excipias productionem ipsius subsistentiae, itemque formalem unionem ad illam,) peculiare habent subsistentias. Natura potest diuinitus existere sine omni subsistentia: hæc non est principium agendi. Subsistentia totius compositi physici componitur physicè ex partibus essentialiter diuersis, quarum vna cum materia, altera cum forma identificatur. Dubitabis, vtrum hæc partiales subsistentiae uniantur per proprias, & peculiare uniones? Placent qui affirmant. Humanitas Christi Domini per subsistentiam Verbi cumulatisimè satiatur. Quæres, vtrum sit possibilis natura virtualiter distincta à sua subsistentia? Pro affirmantibus iudicium damus.

QUARTA CONCLUSIO. De Effectu formali Subsistentiae.

Verum subsistentia creata possit diuinitus terminare naturam alienam creatam? Disputetur.



EFFECTVS formalis primarius subsistentiae est terminare naturam; secundarius vero est reddere illam incommunicabilem alteri in ratione suppositi. Omnis natura siue rationalis, siue irrationalis retentâ, aut sublata propria subsistentia, vel ab vna, vel simul à pluribus subsistentijs diuinis potest diuinitus assumi. Subsistentia creata etiam dato quod sit realitas non potest terminare naturam diuinam. Vtrum accidens possit assumi hypostaticè ab aliqua Persona diuina? Respondeo negatiue. Potest tamen vna pars physica assumi hypostaticè, alia relicta: secus dicendum de partibus metaphysicis. Dubitari solet, vtrum concreta substantialia à natura deducta præter naturam dicant etiam de formali subsistentiam, an hanc de connotato solum adsignificent? Est anceps pugna; pro sententia tamen, quæ tueretur vtrumque; dici de formali nobis decertandum est. Ad multiplicationem concretorum sufficit multiplicatio partis, quæ principalius exprimitur.

QUINTA CONCLUSIO. De Quantitate.

Verum Continuum constet solis indiuisibilibus? Esto Aedipus.



QUANTITATEM componi ex partibus proportionalibus in infinitum diuisibilibus docent communiter Philosophi: cum quibus benè sentimus de indiuisibilibus, tam copulatiuis, quam terminatiuis: quæ inter se, & à partibus realiter distinguuntur. Formalis ratio quantitatis in aptitudinali extensione per ordinem ad locum replendum constituitur. Illius species sunt Linea, Superficies, & Corpus. Solum diuinitus possunt penetrari duo corpora. Vt fiat penetratio nihil posituum debet tolli à quantitate, sed tantum negatio quadam actualis penetrationis; in qua actualis impenetratio formaliter consistit, & non in vbi circumscriptiuo; licet hoc tanquam conditio, vt detur penetratio, requiratur. Actio, qua fit penetratio, est in entitate naturalis, & solum quoad modum supernaturalis. Supposito quod quantitas componatur ex solis indiuisibilibus, iisque finitis (quod vti probabile defendunt aliqui) virtualè diuisibilitatè illis concedimus, quantitatemque ipsam adhuc corpoream esse propugnabimus.

SEXTA CONCLUSIO. De Qualitate, & Relatione.

Vtrum Gratia sanctificans pertineat ad primam, vel ad tertiam Speciem Qualitatis? Arbitrare.



QUALITAS est ens per se primò ordinatum ad perficiendam substantiam in essendo, vel operando. Illius distributione in quatuor vulgares Species approbamus. Ad primam Speciem spectant habitus naturales, & supernaturales. Intensio qualitatis fit per solam additionem gradus ad gradum eiusdem rationis, & in eadem parte subiecti. Defacto datur potentia purè actiua, & potentia mixta de genere qualitatis. Impossibilis est potentia neutra positiua; potentia violenta, aut purè passiva, quæ sit qualitas. Ad hæc, potentia obediens non pertinet ad qualitatem. Admittimus relationes reales, quæ virtualiter distinguuntur à suo fundamento remoto: quarum essentia consistit in eo, quod sint per ordinem ad aliud, vt ad purum terminum. Quilibet relatio creata dicit perfectionem, terminaturq; ad absolutum. Vna relatio prædicamentalis nequè diuinitus potest referri per aliam. Dubium est, vtrum relatum transcendens possit fundare relationem prædicamentalem? Annuo.

SEPTIMA CONCLUSIO. De Actione, & Passione.

Vtrum circa eundem terminum possint versari actiones specie diuersa? Vensiletur.



ACTIO specificatur per terminum materialiter sumptum, & simul per principium spectatum formaliter. Sumpta in specie non respicit certum principium in specie; sumpta vero in indiuiduo respicit hoc numero principium in indiuiduo. Cum termino efficit vnum per se, illius compositionem, vel indiuisibilitatē sequens. A principio realiter, à termino modaliter distinguitur. Inter agens, & effectum requiritur distinctio ex natura rei; non tamen inter agens, & passum eiusdem effectus. Idem numero effectus potest diuinitus dependere à duplici efficiente totali. Eadem res, vt causa sui inadæquata, & instrumentalis potest se diuinitus reproducere, nō tamen primò producere. Solū naturaliter repugnat, quod aliquid operetur in remotum, quin prius agat in propinquum. Passio virtualiter, verū essentialiter distinguitur ab Actione: est causalitas materiæ inferiori, & in facto esse. Vtrum Passio per diuinam potentiam possit creari? Respondeo negatiue.

OCTAVA CONCLUSIO. De quatuor vltimis Prædicamentis.

An detur modus Vbi distinctus, per quem res formaliter sit in loco? Optionem facimus.



VBI (supposito quod sit modus distinctus à re vbicata) solet definiri est forma intrinseca, qua res formaliter est in loco. Adæquatè diuiditur in Definitiuum, & Circumscriptiuum: adde, tanquam in species subalternas. Vtrumquè specificatur & per subiectū, & simul per spatium, cui correspondet. Angeli constituuntur in spatio diuisibili per Vbi formaliter indiuisibile. Dubitabis, Vtrum aliqua creatura possit vbicari per Vbi diuinū? Negādo satisfacimus. Eadē entitas potest diuinitus vbicari simul in eodē, vel in diuersis locis per plura Vbi definitiua, aut circūscriptiua. Actus cognoscēdi, & appetēdi, qui in vno loco fiūt, nō sequuntur necessariò rem in alio constitutā. Idē de alteratione, & reliquis mutationibus statuimus. Nequè Situs ab Vbi; neque Duratio ab existentia plusquam virtualiter distinguuntur. Creatura permanens potuit esse ab æterno; non verò successiua. Formalis ratio prædicamēti Habitus est denominatio logica proueniens à corpore circumiacente.

NONA CONCLUSIO. De Habitibus, & Libertate.

Vtrum sola potentia intellectiua, & volitiua sit capax habituum? Esto Arbitrator.



HABITVS naturales ab actibus effectiue producantur; per habitus contrarios formaliter, & effectiue per actus corrumpuntur. Habitus supernaturales infunduntur à Deo, qui etiam habitus indifferentes, non autem vitij, aut erroris infundere potest. Libertas duplex est; altera radicalis formalis, altera omnis, ac solus intellectus radicaliter est liber; omnis, ac sola voluntas formaliter libera est. Ex duobus medijs potest volūtas eligere æquale, vel minus bonū. Potest dari in volūtate creata pura actus suspensio; nō tamē potest dari in diuina. Præuolutio, seu qualitas physica prædeterminans causas secundas in operādo nullatenus admitti debet. Concurfus, qui ex parte Dei præparatur ad libertatē, debet esse multiplex, & conditionatus. Deus potest necessitate voluntatem per eundem concurfus, quo cum illa ad actum liberum concurrat.

CONIMBRICÆ. Pace Superiorū. Apud Didacū Gomez de Loursiro. M.DC.XLI.



SEXTA CONCLUSIO. De Virtute & Habitibus.

VIRTUS est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales...



SEPTIMA CONCLUSIO. De Virtute & Habitibus.

ACTIO specificatur per terminum materiam... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales...



OCTAVA CONCLUSIO. De Virtute & Habitibus.

ACTIO specificatur per terminum materiam... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales...



NONA CONCLUSIO. De Virtute & Habitibus.

ACTIO specificatur per terminum materiam... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales... Virtus est habitus per se primus ordinatus ad perfectionem substantiam in se... Ad primam speciem habitus naturalis & supernaturales...

